

## Band III., Nr. 647, Seite 123

*Bischof Konrad von Konstanz tut kund, dass die Schwestern von Rottweil ihr von den Kanonikern zum hl. Stephan in Konstanz gekauftes Gut Holbeinesbach dem Abt von Salem, bis sie einen festen Sitz für ihr Kloster gewonnen, eingegeben haben und überträgt demselben zugleich seine vogteilichen und anderen Rechte darüber.*

Kreuzlingen, 1221.

Universis Christi fdelibus hanc paginam inspecturis Conradus, divina dispensacione Constanciensis ecclesie episcopus, licet inmeritus, subiectarum rerum noticiam et memoriam in perpetuum. Ne lapsu temporis, ut assollet, rerum gestarum sequatur oblivio, que geruntur in tempore stili solent munimine perhennari. Noverint igitur universi, noverintque singuli vestrum, quod sorores de Rottwila, datis ducentis marcis argenti, predium quod dicitur Holbainesbahe<sup>1</sup>, cum omni iure cunctisque appenditiis suis a canonicis sancti Stephani Constanciensis empcione sibi conpararunt. Set quia novella earundem sororum plantacio pendula videbatur adhuc et incerta, eo quod certum residentie locum nondum habuissent, prudenti informatę consilio postulantes decreverant, ut eiusdem predii proprietas a predictis sancti Stephani canonicis quasi ad firminus robur monasterio de Salem conferretur, ea tamen condicione apposita, ut abbas et fratres de Salem de eodem predio facerent quidquit<sup>a</sup> sorores ipse in posterum tempore oportuno essent petiture. Que donatio consequenter ad petitionem ipsarum facta est. Nos quoque, zelo pietatis moti, quitquid<sup>b</sup> iuris habuimus in memorato predio seu advocatia eius, presertim ex eo quod ecclesia sancti Stephani ad nostram ecclesiam aliquatenus pertinere videbatur, totaliter sine omni excepcione in monasterium de Salem libere transtulimus, ut per fidem inibi morantium adversus omnem cavillationem sorores ille securiores existerent. <br> <br> Actum publice apud Crucelinum<sup>c</sup>, anno incarnationis dominice M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXI<sup>o</sup>., presente Diethrico eiusdem loci abbate cum omni suo conventu, Alberto sancti Stephani preposito cum universo suo conventu, Diethrico cellerario in Salem, Hainrico de Vsingen, Wernerero de Aikeltingen aliisque conpluribus. Nos vero ad preces

<sup>a</sup>So die Abschrift.

<sup>b</sup>So die Abschrift.

<sup>c</sup>Die Abschrift unrichtig: *Crucelianm*.

<sup>1</sup>Der Ort, auf welchem Rottenmünster erbaut wurde; vgl. WUB, Bd. III, S. 126, Nr. 650.

## II

utriusque partis hanc paginam iussimus conscribi et<sup>d</sup> sigilli nostri appensione roborari.

—

„Nach einer Abschrift des 15. Jahrhunderts auf S. 41 der „*Copial-Sammlung des Klosters Rothenmünster*“, einer Papierhandschrift in Folio. Die Urkunde führt die Überschrift: „*Copia contractus emptionis predii quod fuit ubi situm est Rothenmünster 1221*“.

---

<sup>d</sup>Die Abschrift unrichtig: *In*.

## Überlieferung und Publikationen

### Überlieferung und Textkritik:

War in der 1944 durch Fliegerangriff verbrannten *Copial-Sammlung des Klosters Rothenmünster* HStA Stuttgart H 14 Nr. 211, S. 41.

### Regesten:

Württembergische Geschichtsquellen, Bd. 3, S. 3, Nr. 13.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Kreuzlingen

### Aussteller:

Konrad II.; Bischof von Konstanz (1209–1233)

### Ortsindex:

Eigeltingen Wohnplatz (14283)<br> Eigeltingen, KN<br> Isingen Wohnplatz (16503)<br> Isingen, Rosenfeld, BL<br> Konstanz Wohnplatz (14442)<br> Konstanz, KN<br> Kreuzlingen, Kt. Thurgau, Schweiz<br> Rottenmünster Wohnplatz (12415)<br> Rottenmünster, Rottweil, RW<br> Rottweil Wohnplatz (12416)<br> Rottweil, RW<br> Schloss Salem : Salem FN<br> Schloss Salem Wohnplatz (18257)